

PROBATIO MORPHOLOGIAE LATINAE

Pridie Non. Iun.

Nomen alumni:

Praenomen:

QVAESTIONES

1. Thema perfecti in uerbis Latinis: conformatio temporum et modi (2,5)
2. Genus et casus in Lingua Latina (2,5)

TEXTVS

Lege textus et explana uocabula signata modo in scholis nostris solito, scilicet in partes illa diuidendo, historiam diligenter explicando, structuram ipsam tractando.

1. PLAVTI Aul. 142-152 (2,5p)

nunc internosse ut nos **possitis** facilius,
ego has **habebo** usque in petaso pinnulas;
tum meo **patri** autem torulus **inerit** aureus
sub petaso: id signum Amphitruoni non erit. 145
ea signa nemo **horum** familiarium
uidere poterit: uerum uos uidebitis.
sed Amphitruonis illic est **seruos** Sosia:
a portu illic nunc cum lanterna aduenit.
abigam iam ego illum **aduenientem** ab aedibus. 150
adeste: erit operae pretium hic spectantibus
Iovem et Mercurium facere histrioniam.

2. SALLVSTII Bell. Iug. 3: 2,5p

Verum ex iis magistratus et imperia, postremo omnis cura **rerum**
publicarum minime **mihi** hac **tempestate** cupienda **uidentur**, quoniam
neque **uirtuti** **honor** datur neque illi, quibus per fraudem iis **fuit** uti, tuti
aut eo magis honesti **sunt**. Nam ui quidem regere **patriam** aut parentis,
quamquam et possis et delicta corrigas, tamen importunum est, cum
praesertim omnes rerum **mutationes** caedem, fugam aliaque hostilia
portendant. Frustra autem niti neque aliud se fatigando nisi odium
quaerere extremae **dementiae** est; nisi forte quem inhonesta et **perniciosa**
libido tenet potentiae paucorum **decus** atque libertatem suam **gratificari**.